



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 16. Impedientes Praelatos, ne sua iurisdictione vtantur quique illorum & delegat. iudicia eludentes, ad Curiam saecul. recurrunt, aut contra illos decernunt, praestantque auxilium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

prehendunt etiam Notariū,
scribentem eiusmodi statuta.
Suar. prestat enim auxilium.

Incurrunt hanc censuram
personae particulares i illius
Communicatis, quae huiusmo-
di statuta fecerit.

Libertas Ecclesiastica. Il-
lud dicitur cōtra libertatē ali-
cuius, per quod ille efficitur
timidior. Et ideo statuta illa,
per quae efficiuntur Clerici ti-
midiores, non nisi manifestē
aduersari videntur ipsorum
libertati.

§. 16.

Impedientes Praelatos, ne sua
iurisdictione utantur qui-
que illorum, & delegat. iu-
dicia eludentes, ad Curiam
saecul. recurrunt, aut con-
tra illos decernunt, praes-
tantque auxilium.

Necnō qui Archiepiscopos
Epis-

Episcopos, aliosq; superiores,
& inferiores Prælatos, & om-
nes alios quoscunq; iudices Ec-
clesiasticos ordinarios quomo-
dolibet hac de causa directè,
vel indirectè carcerando, vel
molestando, eorum agètes, pro-
curatores, familiares, nec non
consanguineos, & affines, aut
aliàs impediunt, quo minus
sua iurisdictione Ecclesiastica
contra quoscunq; utantur, se-
cundum quòd Canones, & sa-
cræ Constitutiones Ecclesiasti-
cæ, & decreta Conciliorum ge-
neralium, & præsertim Tridē-
tini, statuūt; ac etiam eos qui
post ipsorum Ordinariorum,
vel etiam ab eis delegatorum
quorumcunque sententias, &
decreta, aut aliàs fori Ecclesia-
stici iudicium eludentes, ad
Cancellarias & alias Curias se-
culares recurrunt, & ab illis
prohibitiones, & mandata, etiã
pænalia Ordinarijs, aut dele-

418 BYLLA
gatis prædictis decerni, & cõ
tra illos exequi procurant, eos
quoq; qui hæc decernunt, & exe
quuntur, seu dant auxilium,
consilium, patrociniũ, & fa
uorem in eisdem.

*Incurrunt hanc censuram
quicumque impediunt Præla
tos omnes Ecclesiasticos, &
Vicarios Episcoporum: nec
non Priores, ac Superiores
Regulares iurisdictionem fo
ri exterioris gaudentes. Non
incurrunt, si tantum premio
vel præcibus suadeant, ne sua
iurisdictione Ecclesiastica v
tantur: cum hoc verè non
sit impedire.*

*Exequi procurant. Ad in
currendam hanc censuram ne
cesse est, ut qui recurrunt ad
Iudices seculares, procurent
etiam mandata: & postremò
eadem etiam exequi procu
rent. hæc. n. copulatiuè requi
runtur*

*runtur ad effectum incurren-
di hanc censuram.*

S. 17.

*Vsurpantes Sedis Apostolicæ,
& quorumcunque Eccle-
siar. iurisdictiones, vel e-
tiam fructus sequestrantes.*

Quiuè iurisdictiones, seu
fructus, redditus, & proventus
ad Nos, & Sedem Apostolicam
& quascunque Ecclesiasticas
personas ratione Ecclesiarum,
Monasteriorum, & aliorum bene-
ficiorum Ecclesiasticorum per-
tinentes vsurpant, vel etiam
quavis occasione, vel causa, si-
ne Romani Pontificis, vel alio-
rum ad id legitimam faculta-
tem habentium, expressa licen-
tia, sequestrant.

*Incurrit omnis contrafa-
ciens huic censura, etiam si sit
Imperator, vel Cardinalis*

S 6 Ib-